



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis de trittenhem abbatis spanhemensis ordinis  
sancti benedicti de obseruantia burßfeldensi. liber  
lugubris. de statu et ruina monastici ordinis**

**Trithemius, Johannes**

**[Mainz], [nach 11.IV. 1493]**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31359**

7.

Enerabili et amantissimo patris dñi blasio  
abbati hirs Augiensis cenobij. frater Johannes  
tritennius vocatus abbas in spanhem  
Salutem et charitatem. Tamen si vires inge-  
nij mei procul excedat petitio tua fratrum  
tuorum (dilectissime pater) malui tamen ar-  
duum subire onus: quod tue caritati, pro posse non satissimare.  
Amor enim dei, zelus ordinis, et seruorum discipline dignum te  
faciunt: ut nihil tibi pro honore dei postulatum debeam den-  
egare. Rogasti me presentem verbis, absentem crebris epistola-  
lis, et quodammodo copulisti auctoritate presidetie quatenus  
de calamitate ordinis nři aliquid tibi scriberem: quo patres  
adunandos capitulariter apud te, ad compatiendum ei, pa-  
uocares. Sancta petitio: sed grandis obediendi difficultas.  
Lacerabor inuidorum dentibus scio: qui me vel  
presumptuosum iudicabunt, vel nimium. Sed obturatis au-  
ribus probra eorum securus transibo: modo sanctis et  
eruditis viris placeat onus quod porto. Nihil me scripsisse  
memini quod emuli iuste valeant lacerare: sed vera, sed ma-  
nifesta, et que oculis pateant omnium: quae si scribi nolunt.  
Doleant etiam facta. Solus in hac editione leporum non adest  
dicendi: de quo reprehendi apud religiosos non timeo.  
Quid enim? Ergo ne veritas despiciatur: quia facundie  
ornatu non vestitur: Absit. Dicitor est enim sermo planus  
et verus: quod ornatus et falsus. Sed hec nihil ad propositum.  
Hoc ergo sintagma examini tuo subiectio: ut si dignum  
iudicaueris legatur fratribus: sin autem indignum, oculos  
fugiat dominoꝝ. Vale. Anno dñi. Mcccc. xciiij. vndecl  
ma Kal. Maij.

A ij